

Dumq; iugatrices agitat securior artes,  
Nescit Acidaliam sc̄ rctulisse deam.  
Nec procul inde uolans uirides examen ad herbas,  
Mellifico Hybleum colligit ore thymum.  
Cui scruata procax furatus mella Cupido,  
Accipit articulis spicula fixa suis.  
At simul ut tracto cepit tumuisse cruore,  
Alterno terram mox pede plangit humum,  
Impatiensq; mal tantas ciet ore querelas,  
Ut quoq; nil matrem sciret adesse suam.  
Quos tamen ut uelox iteratis uocibus Echo  
Aduocat, exemplo præpes uterq; uenit.  
**A**moris o= **H**IC amor: aspice mater, ait, dulcissima, membris.  
ratio. I.      **Q**uanta minuta meis uulnera fecit apis.  
**V**eneris o= **C**VI genitrix: equa istum, inquit, sc̄r mēntē dolorem,  
ratio. II.      **I**am quoq; non magnus uulnera magna dabis.  
**I**, Bauarumq; tuis Osualdum sterne sagittis,  
Qui tum nostra sequi, tum tua signa negat.  
Nunc tamen exhibita capit imprudentior aure,  
Euterpe flatus, Therpsichoræq; fides.  
Et cantata uagæ miratus gaudia turbæ,  
Lætus in exemplum, mox imitanda, trahit.  
Factantum propercs, geminataq; spicula figas,  
Ante Meduseas quam petat ille deas.  
Et tu Boëoti mystes Heliconice montis,  
Iunge maritales Nato, Hymenæe, facess.

HOC

**HOC** Amor assumpto, furiarum plenus in ignes,

Flammatasq; faces, telaq; acuta ruit.

**Explicitisq;** secans iactantior aëra pennis,

Depresso Monaca substitit urbe gradu.

**Dumq;** canit mensis Ecchides, fida, remotis,

Funera Thyseæ sanguinolenta nece,

**Incusatq;** sim, fontem, diramq; Icænam,

Maxima participis signa doloris habens.

**Ecce** laborato Ecchiaci de culmine tefti

Haud procul assistens insidiosus Amor,

**Aurea** depromit pictæ duo tela pharetræ,

Et miscet tumida mox iacienda manu,

**Alteraq;** adducto iaculatus spicula cornu,

Oſualdi ualido traiicit igne iecur:

**Inq;** Puellarcm moderationi altera mentem

Missurus, leni temperat arma face.

**Quam** simul ac placido dimensus uerbere strinxit,

Summa relaturus gaudia, uictor abit.

**AT** Venus interea Coo ſe ornarat amictu,

Aſſyrio flauam peſtine compta comam:

**Lucidaq;** inſpecto dum consulit ora metallo,

Culta ſibi famula ſedulitate placens.

Cernit anhelantis post terga Cupidinis umbram,

Et placido oblatum uifcipit orſa ſinu.

**VICIMVS** an tetricis cedit uictoria chartis,

**Inq;** laborantem languidus arcus hebet?

**Amor** ♂

**Hymene:**

cūt ad nu-

pties.

**Amor** ♀

dit.

**Veneris** ♀

ratio, III.

**VICIA**

**A**moris o= **VICIMVS**, inquit Amor, partusq; ex hoste triumphus,  
ratio. II. Obliquo stratum carmine stringit herum.  
**E**t in ca Haud tamcn ulla mibi maiori gloria nixu  
**sponsi con** Constitit, in laudes ægrius acta meas,  
**tinentia.** Quam rude parthenij confectum pectus alumni.  
Ad mea tam tardus miles is arma fuit.  
**F**lexerat insolitam cædes Babilonica mentem,  
Visaq; erat nostro succubuisse gregi:  
**Q**uum uisurus abit solitabrina laboris,  
Huc ubi librorum sedulo ferunt opus:  
**I**anq; procellosis studiorum redditus undis,  
Spes propè frustratus luscrat ille meas:  
**N**icitò correptæ præmisso cuspidis iectu  
Accelerasscm initas anteuenire uias.  
**S**aucius ergo datæ correptus amore Puellæ  
Tardius optatos increpat ire dies:  
**I**pfa quoq; innocua quamuis mihi fixa sagitta,  
Porrigit extensas uicta puella manus.  
**H**is ergo patratis, Comiti mox cætera mandans,  
Lætitiae ueni nuntius ipse mcæ.  
**E**rgo pari thalamos indulge mater amarori,  
Et duo concordi pectora iunge fide;  
**D**um flammis flamas Hymenæus, Et ignibus igness,  
Adiicit, ardenti dans alimenta pyræ.  
**V**eneres PLVRA loquuturum remouens audiissima Natum,  
due. Pla= Splendida sydereo membra nitore leuat,  
to. . . . . Instrue

*Instructumq; egressa ardet descendere currum,  
Sed nec adornatum, nec quoq; præsto uidet.*

*Altera quippe Venus terreno degener ortu,  
Ac mula cœlestes scandecrat alta rotas.*

*Cui demens socio se iunxerat agmine turba,  
Plurima uæsanæ nomina serua Deæ,  
Suspicio, Leuitas, Infamia, Rixa, Simultas,  
Cura, Timor, Fastus, Luxuria, Ira, Dolor,  
Dira Cupido, datisq; effræna Licentia loris,  
Oblatisq; furcns cæca Libido dolis.*

*Iamq; fatigatos campo exagitabat olores,  
Auersumq; uago calle tenebat iter.*

*Quum ueniens, strata m è summi uertigine plaustris,  
Incepit irato sanctior ore Venus.*

*ILLUVIES Orci, sanies fœdißima Terræ,  
Simia non simili dedecorosa mihi.*

*Post, latura tibi consense præmia rhabde  
Venero, ab Ecchiacis pronuba factatoris.*

*A quibus ipsa, tibiq; tuæq; obsecena caterue,  
Immundos iubeo continuisse pedes.*

*Si quid in his notum tentaris adorta pudorem,  
Mox m. h. Caucaseæ præda uolucris cris.*

*Quisquis ad occlusas abiectior excubat ædes,  
Certus in his est se iuris habere nihil.*

*Nulla patere dies tibi ea hactenus ostia uidit,  
Ergo uidebit idem nulla patere dics.*

Veneris

oratio.

III. qua

illicta ab

hoc matre

monio ex-

cluditur.

cc

cc

vtq;

Veneris  
currus.

Vtq; stet ætherno hæc sententia firma uigore,  
Ecce tibi Stygiæ numina testor aquæ.

SIC effata, uocans alios ad fræna iugales,  
Picta capistratas sub iuga mittit aues.

Nanq; ubi cessent fessi ad præsepio cygni,  
Hisce columbini sufficiuntur equi.

Admotum ergo Venus saltu petit ardua currunt,  
Euestimq; deæ rite subitur onus.

Myrteus est axis, spirat xylobalsama temo,  
Ac leuibus pallet buxcus ordo rotis:

Splendidus aurato feruet curuamine canthus,  
In radiosq; iugis surgit amica larix:

Tortili in his nitida ex argenti uenula, et aurii,  
Imprimitur dupli linea ducta stria:

Hecq; subillustrant asperse singula gemmæ,  
Grandcq; concipiunt, parturiuntq; doccus,

Andromedas, medus, chrysoprasus, iris, iaspis,  
Unio, sapphirus, sazda, smaragdus, onix.

Veneris SIC IT, sic socias sibi iungit itura ministras,  
comitatus. Proposita Cypris concomitanda wa.

Namq; aliæ dextrum, properant, aliæq; sinistrum,  
Exhibitio Dominæ claudere honore latus.

Grata uerccundo fragrans Hagnæa decore,  
Tinetaq; purpureas Sophrosyneæ genas:

Et grauis instabili moderans Carteria menti,  
Inq; uicem iuncta Pijstis honora manu:

Blainda

Blanda serenata candens Homonæa figura,  
Indulgensq; datis Endofis alta malis:  
**A**t Charites, Veneris sinuata ueste receptæ,  
Ornandis texunt ferta futura comis:  
**F**ræna regit, lœuamq; premens Amor ipse columbam,  
Ventilat elata quassa flagella manu.  
**T**OT**Q** VE hoc exili (uisu mirabile) curru  
Idea Monacum deuicit arte Deas.  
**Q**uò se iam plenis & cætera Numinis portis  
Ad iussa intulerant expedienda Iouis.  
**P**rima, coloratis pauonum inuicta quadrigis,  
Liquerat Icariam pronuba Iuno Samum:  
**M**ox & Parrhasij ueniens regina Lycae  
Ceruitraho appullerat plaustra citata iugo:  
**H**is Pandionia digressam Pallada ab urbe,  
Sparsa salberosis iunxerat Isara aquis:  
**Q**uas modo cincta sua assequitur. Venus auraturba,  
Et confert socias uecta repente uias.  
**I**AMQ. VE ubi coniunctæ sponsalia tecta subiſſent, Sacratio  
sponsaliū.  
Rite utriusq; animos, resq; torumq; sacrant,  
**D**iuitijs Iuno, decimo regina Lycae  
Mense, pudicitia Pallas, amore Venus.  
**M**ox rcliqua, inter se sortitæ, ad munia tendunt,  
Facturæ officium sedulo quæq; fauim.  
**C**ONSCIA munifici diues Saturnia ritus,  
Muncra quo sponsæ sumere pulchra solent. Iuno per  
tabernas

C

Quæ